

*spem vita reduxit: idque nobis (19) Longinus miles, si Augustino & Isidoro si-
 des heic habenda est, aperto per lanceam latere clarissime ostendit. Ibi jam fe-
 nestra est, ubi introspiciamus, rima, ubi abscondamur, scaebara, ubi abluamur, me-
 dicina, ubi anemur, ianua, ubi ingrediamur. Quin itaque solenni memoriâ pro-
 sequimur tot & tanta nobis misellis per CHRISTUM parta beneficia, quin abji-
 cimus funes impietatis, & alligamur vinculis pietatis, quin rumpimus vincula
 voluptatis & luxuria, libidinis & immunditiae, cupiditatis & avaritiae, ambitionis
 atque superbiae? Induemus vincula CHRISTI, vincula obedientiae, vincula chari-
 tatis, vincula pacis, vincula mansuetudinis, vincula constantiae & perseverationis.
 Flagellemus non corpora, sed peccata: Peccata enim nostra sunt vincula illa &
 flagella, quæ CHRISTUM conciderunt, scuticæ illæ, quæ corpus ipsius dilania-
 verunt. Numquam nobis ex oculis abeant, aut ex animo excidant flagella
 CHRISTI, sic virgas furoris aeterni declinabimus, sic divine vindictæ flagella e-
 vademus: livore (20) enim ejus sanati sumus. Revereamur Regem hunc coro-
 natum, ad sceptrum illius confugiamus, spiritualia & coelestia meditemur,
 quum regnum eius non sit de hoc mundo: sed nec ipsi coronam detrectemus ge-
 stare spineam, quum turpissimum sit deliciari velle sub capite spinis coronato: si-
 mus lily inter spinas, ut olim capiamus (21) amaranthum inter roas Infallibile
 (22) enim est promissum divinum: Εἰπερ συμπάχομεν, καὶ συνδοξαθῶμεν, εἰ συνα-
 πεθάνομεν, καὶ συζήσομεν, εἰ υπομένομεν, καὶ συμβασιλέυσομεν, Si simul cum ipso patia-
 mur, una cum ipso glorificabimur, si cum ipso mortui fuerimus, cum ipso quoque vi-
 vemus, si sustinuerimus, cum ipso quoque regnabimus, uti CHRISTUS exsertis ver-
 bis præivit apud Lucam (23). Peccator dominatur in sâculo, justus in Dei re-
 gno, dicit (24) Ambrosius. Proinde & crux ipsius & crux nostra portanda est, &
 quidem καθ' ἡμέραν (25) quotidie, (26) πάντοτε περιφέροντας τὴν νέκρωσιν (τὰς γι-
 γυαλα (27)) τῷ Κυρίῳ Ιησῷ ἐν τῷ σώματι, αἱς εἰς Γάνατον παραδίδοσθ, μὴ ἐκκακεῖν:*

Quemad-

(19) aut Lonchinus potius omnino enim λόγχη Johannæa cap. XIX, 34. hoc
 ipsi nomen peperisse videtur. (20) μάλωπ I. Pet. II, 24. Es. 3, 5. Est autem μάλωψ
 ὁ ἐκ τῆς πληγῆς αἷματωδης τόπος, vibex, verberum in cute vestigium, cutis ex
 verberum incussione fugillata, **Seind also dem Herrn Christo auch die**
Striemen nicht umsonst geschlagen worden. (21) I. Pet. I, 4. Cap. V, 4.
 (22) πιστὸς ὁ λόγος II. Tim. II, 11. 12. Rom. II, 17. (23) cap. XXII, 28. 29. 30. (24)
 lib. de Incarnat. cap. 2. (25) Luc. IX, 23. (26) II. Cor. IV, 10. II. 16. (27) Gal. VI, 17.